

II

apertus; & leuissimū Cosmus & si uir ē grauiſſimus: tamen ut
 audio; nequaquā audeat aduerſari. Ego autē neutra pendeo in
 pte; Aequē oibus more gero. Illudq; Cicerōnis studiosissī
 me tueor: nō oportere pegrinū in aliena republica esse cu
 riosū. Ceterū qm̄ in nauī obnoxia naufragio nemo pōt tu
 to nauigare: ego hinc q̄libentissime abſtuerim. Duo in ita
 lia loca sunt; quorū alterutrū nō inuit^o optare; Mediolanū
 & Romanā curia; siue enī apud pontifice maximum; siue
 apud inclytū ducē Philippū mariā mihi honestus daretur
 loc^o: eū nō modo nō reſcēre; sed ceteris oibus iucundissi
 me praeferrē; atq; amplecterer. Tenes tu pater reuerēdis
 sime & studia mea oia; & cōsiliū; & uolūtate: Quantū mihi
 prodesse possis: nō sum ignar^o. Quātū etiā uelis; iam pridē
 expertus sum. Quā cū ita sint: clemētiā tuā rogo etiā atq;
 etiā; orōq; ut huic meo desiderio cōſulas. Quicq; ipse
 de me statuēris: indubitātō psequar. Operaq; dabo; ut tuā
 de me opinio te nūq; fallat. Nā neq; fidei unq; decro; neq;
 industriā; neq; diligentia. Valeat q̄diutissime integritas
 sanctimoniaq; tua pater clementissime. Tibiq; certo plura
 de me ita esse in potestate tua; ut omia de me tibi polliceri
 quæas. Ex Florentia. x. kal. Octobres. Anno a natali christi
 ano. M. cccc. xxxij.

Franciscus Philephus Thomæ Sarganensi sal.

u Tujs me humanissimis monuisti litteris: scripsi ad
 reuerēdissimū cōem patrē Cardinalē tuū; imo me
 umſimo nostrū: quæcūq; honeste tutoq; scribi a me pote
 rāt. Sed tecum loquar apertius; quæ tu pro nostra uetere
 summaq; amicitia itaq; accipies; tractabisq; ut magis in rē
 meam conductura iudicabis. Nemo florentiæ fuit unq; fut
 publice oēs prædicāt; in quo uno itaq; ut i me uniuersa ciui
 tas conuiesceret: Omnium in me oculi & sermones con
 uersi sunt: Omēs me magniducunt: Omnes laudibus tol
 lunt ad cælum: Nemo est neq; ex præstantioribus ciuib;
 neq; ex ipsa plebe; qui non mihi gratificetur omnia. At
 ipse quo uideor beator: eo mihi metuo magis. Quod ut
 mihi accidat; duo sunt in causa; tum ipsa inter se ciuium se
 ditio; quæ & maxima est; & periculosissima; ut ex meis ad